



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita**

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

Fœdus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)



Claudius Caesar cum regibus fœdus in foro icit, porca caesa, & vetere foecialium praefatione adhibita. Sueton. Perceptione corporis & sanguinis Domini, confirmata fuit pax inter Henricum IV. Imper. & Paschalem Romanorum Pontificem. Sieberium.

Pesca inter vinum & epulas frequentiq; conuiuio, vxores, filios, amicosq; omnes habent, & tanquam fidei pignora adhibent: vbiq; inter sacra mensae, velut apud hospitales Deos fœdera & pacta inuent: & sic fidem socialem ratam, & mansuram pacis pignus inuolabile esse putarunt. Alex. lib. 5. c. 3.

Dux Roma, à medio diei fœdus non ferit, nec formulam conficit. Plur. in quæst. Roman.

Plur. in Galba Suet. & Dion. lib. 57. scribunt suis temporibus moris fuisse, vt Romani milites Kal. Ianuar. in nomen Imper. iurarent: cum antea stante Repub. in senatus populiq; Romanum iurare soliti fuissent.

Fœdus firmantes Medi & Arabes, missum eleuter vulneratis brachiis aut pollicibus sanguinem iuicem lambebant.

Romani fœdus firmabant porca saxo confusa, cum imprecationibus, vt sic caderentur, qui fœdere rupto à promissa fide discederent. Franc. Patrie. de regna. lib. 8. c. 20.

EXEMPLA HISTORICA.

Apud Romanos Sacerdos foecialis ex iussu regis sumpta ex arce graminis herba pura, seriebat porcum siliue, dicens: Sic à Ioue feriat, turis, qui sanctum hoc fregit fœdus, vt ego hunc porcum serio. Liv. vol. 1. ab vrb. cond.

Arabes quocies fœdus faciebant cum aliis, quidam medius inter vtrumque stans, acuto lapide seriebat volam iuxta maiores digitos ipsorum qui fœdus agebant: deinde sumpto flocco ex vtriusque vellimento, inungebat eo sanguine septem lapides in medio positos, inter vngendum inuocans Dionysium & Vianiam. Hoc actio idem, qui fuerat sequeter fœderis inter amicos contrahendi, vadibatur pro hospite, aut forte pro tunc si cum eius res agebatur. Quod fœdus & ipsi qui amicitiam contrahebant, seruare iustum censeb. Polyd. Virg. de inuent. lib. 2. cap. 13.

Scythae hoc modo fœdus faciebant. Infuso in grandem calicem fictilem vino, commiscebant eorum sanguinem qui ferrent fœdus, percipientes cultello aut incidentes gladio aliquantum corporis, deinde in calice tingebant sagittas, securim, iaculum: hac simul atque fecissent; sese multis verbis deuouere, postea vinum epotare, non modo qui fœdus faciebant, sed etiam comites illi qui erant maximæ dignitatis.

Bancae pacificationem in hanc formulam consabant: seriebat enim fœdus super occultam fossam, & quoad humus ea ita se haberet, tam diu fœdus in ea regione ratum fore sentiebant. Herodotus lib. 3. 4. 5.

EMBLEMA.

And. Alciati. Emblemata.

Hanc citharam, à lembi que forma balnetica fertur, vendicatis & propriam Mûsa Latina sibi, Accipe Dux: placeat nostrum hoc tibi tempore munus, Quoniam cum socijs fœdera iure parauis, Difficile est, nisi dactis hominis tot rendere choradis, Vnâq; si fuerit non bene tenta fides, Ruptum quod facile est perit omni gratia concha, Illeg. praeclens cantus, ineps tu eris, Sed trahi coeunt proceres in fœdera: concors Nil est quod timeas si tibi constet amor, At si aliquis adsciscat, rursi plerumque videmus, In nihilum illa omni soluitur harmonia.

Vide Amicitia, Fides, Pactum, Promissio, Societas.

Fœnus.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Fœnus. Græce, τὸν, u. s. τὸν, u. s. τὸν. Est autem fœnus vsura. Sed differunt, quia vsura est lucrum de capitali acceptum, fœnus verò est lucrum de vsura. Vel sic. Fœnus ex solo ipso est. Nam dicitur naturalis fructus terræ: Ouid.

Qua ribi cum multo senore reddat ager. Et inde ad vsuram transfertur, quali pecunia per se fructum producat, sicut terra. Ita & fœnum foetum terræ dicitur, & fœnus foetum pecuniae. A fœnore diminutiuum sic fœnusculum, & fœnero verbum, quod est pecuniæ siue aliâ rem ad fœnus mutuo, & cum accus. iungitur. Mart. Hæc sapit, hæc omnes funerunt Sna Deor. huius passiu. est fœneror: vnde res fœnerata dicitur ad vsuram tradita: a fœnero. fœnerator, qui apud Gr. Donatista dicitur, & fœneratiti: vnde pecunia